

PROPOSTA D'EDICIÓ DE SERMONS EN PDF

Fons	Barcelona, ACA SC, 62, 35v.
	<i>Puer natus virginis</i>
Thema	«Hec est mulier quam preparavit Dominus filio domini mei ¹ ». Genesis 24
Introductio Thematis	«Ora pro nobis quoniam tu ^a mulier sancta es ² ». Hec verba dixerunt sacerdotes illi [...] mulieri Iudit cupientes per ipsam gratiam Dei habere, ut patet Iudit 8, u[t] dicit Bernardus, sermone XIIIº ad beatam Virginem: «Sicud ad mediatricem, ad sec[...], sicud ad procuratricem nostrorum negotiorum. Respiciunt illi qui in celo sunt, qui in inferno habitant et qui preceserunt, et nos qui sumus et qui nos secuntur, et nati natorum, et qui nascentur ab illis qui sunt in celo, ut resta[u]rentur, et qui in inferno, ut eripiantur, qui preceserunt ut prophete fideles inveniantur, et qui sumus ut inveniantur, qui nos secuntur ut glorificantur. Hec ille ³ ». Ad igitur sanctam mulier nos qui sumus oculos humiliter sublevemur, ut gratiam Sancti Spiritus, ipsa mediante, impetrare valeamus dicentes: Ave.
Divisio thematis	«Hec est mulier quam preparavit Dominus filio domini mei ⁴ ». Beatus Bernardus voles[ns] huius sacratissime regine nativitatem sanctam hodie celebramus excellencia mir[...] predicare, homilia 2 super misus est: ipsam pulquerime distribuendo. Dica illa altissima virgo, cuius nomen Maria est, «ipsa nobilis estella ex Iacob concu[...] et orta, cuius radius universum mundum inluminat, cuius esplendor supernis prefulget, inferna penetrat, terras etiam perlustrat et calefaciens magis mentes ^b quam corpora, foveat virtutes, [exco]quit vicia. Ipsa, inquit, est preclara et eximia estella super hoc mare magum spaciosum sublevata, micans meritum et perlustrans exemplis ⁵ ». Hec ille. Ex quarum actoritate possumus 4 propositiones elicere, qui excellent. Istius sacre virginis mirabiliter ostendunt.
	<i>Primo, quod hec excellens regina hodie nata, cuius nomen Maria, habet pulcritudinem lu[minosam].</i> <i>2 quod hec excellens regina hodie nata, cuius nomen Maria, habet fortitudinem vigorosam.</i> <i>3 quod hec excellens regina hodie nata, cuius nomen Maria, habet celsitudinem graciostam.</i> <i>[4] quod hec excellens regina hodie nata, cuius nomen Maria, habet plenitudinem fructuosam.</i>
	<i>Nam cuicumque creature mundi^c volueris ipsa comparare invenies Claredat luminosa^a Splendore clariore Fermetat insuperabla Dignitat inextimable Ubertat fructuosa</i>
Divisio	<i>Dico primo quod hec excellens regina, cuius nomen Maria, filio Dei preparatam, habet pulcritudinem^d luminosa, sic quod cuiuscumque creature mundi ipsam [voluerit] comparare invenie[n]s^e ipsam splendore cla[riore].</i>

¹ Gen. 24, 1. | ² Iud. 8, 29. | ³ Mfl, Maria, x () ; Bernardus Claraevallensis, Sermones in Die Pentecostes, 2, 4. Leclercq – Rochais, eds., V, p. 167–68 (PL183, 327D). | ⁴ Gen. 24, 40. | ⁵ Bernardus Claraevallensis, De laudibus Virginis Matris super verba evangelii Missus est. Homilia II. PL 183, 70C().

^a tu afegit sobre la línia. | ^b Segueix hominum ratllat. | ^c mundi afegit sobre la línia d'escriptura. | ^d claredat ratllat; Pulcritudinem sobre la línia d'escriptura. | ^e Segueix eam ratllat.